

976 settembre, Rialto

Hualderada/Hualdrada, vedova del defunto duca Petrus <IV, Candianus> figlio del duca Petrus <III, Candianus>, vivente a legge salica, rilascia quietanza a Petrus <I> Ursoylus, duca di Venezia, e a tutto il popolo dei Venetici, del patrimonio e delle quattrocento libbre d'argento ricevute in morganatico dal defunto marito, con i beni del defunto figlio Pietro e quelli da lei acquistati e guadagnati in vita, essendole tali beni già stati consegnati dal duca alla presenza di Gottifredus cancellario e messo di Adelegide imperatrice. Ella specifica come detta quietanza riguardi tutte le terre, le case e i beni mobili, compresi l'oro, l'argento, i metalli, i letti, gli utensili, le navi e i servi, nonché tutti gli affari intrapresi con il marito, compresi colleganze, rogadie, commende, prestiti e negozi. Dichiara infine che non avanzerà più richieste, né direttamente né per interposta persona, su alcuna cosa e specifica che sia il duca a decidere, secondo la consuetudine di entrambe le parti, circa i beni da lei portati in dote nelle Venezia.

Copia semplice cartacea del principio del XVI secolo, da copia semplice del XIV-XV secolo, da copia semplice del 976 ottobre 25 da originale in Venezia, Archivio di Stato, Secreta, Codice Trevisano, carte 85r-86r [D].

CE II.54 e MA II.181

Edizione: Manaresi 1957.

^a In nomine domini Iesu Christi. Otto gratia Dei imperator augustus, anno imperii eius hic in Italia [Deo propicio] nono, sub die de mense septembris, indictione quinta, feliciter. Accepto securitatis mitto ego Hualderada, relicta quondam Petri ducis Candiani, filia bone memorie Petri ducis,¹ qui lege salica vivere visa sum, cum meis heredibus, vobis domino Petro Ursiolo duci Venetiae,² seu ad omnem populum Veneticorum, maiores, mediocres et minores, a maximo usque ad minimum, et vestris heredibus, de cunctis et super totum habere magnum et parvum, quod mihi habere pertinuit da parte iam dicto quondam defuncto domino viro meo atque de ipsas quatuorcentum libras de argento coperto, quę pro morganationis carta mihi pollicitus estitit dare, cum ei in coniugio accepit, et de cunctis alium habere, quę pro eodem morganado mihi donavit, seu et de ficta quarte divisione de universis suis rebus,³ quod mihi itemque dare promisit, necnon et de universa re, que infra ipso morganado continuit, quam modo de omnia et in omnibus, tam de infra ipso morganado, quamque et de foris ipso, vel undecunque aliquid de omnibus habere pertinuit, sive ad filio meo Petro defuncto, etiam et quae ego in ipsius vita acquisivi vel inveni atque laboravi, cunctum et super totum omnia in omnibus transacte atque definite me et da parte filii mei Petri, undecunque ad nobis aliquid habere pertinuit de parte Petro duci domini viri mei, per veram finem me liberastis ante presentia Gottifredi cancellarii et missi domine Adelegide imperatricis et ceterorum bonorum atque nobiliorum hominum, tam de vestris quamque de nostris, verum etiam et de omnes res et species magne vel parve, tam terris, casis, aurum factum et non factum, argentum factum et non factum, sive aere, ferro, stagno, plumbo, lectissterneis, arma, navigia, ordinea, utensilia, preter laboratoria, servos et ancillas, mobile vel immobile et de omnibus sese moventibus plenissimam et veram inter nos statuimus deliberatam finem; verum etiam et de omni collegantia, rogadia, commendatione, prestito atque negociis,⁴ et de omni ratione, altercatione, capitulatione, inquisitione, querimonia et de universis capitulis; etiam et de omnibus et in omnibus, quae ab initio cum suprascripto quondam domino Petro duce viro meo usque ad diem mortis eius cum eo, et nos post eius obitum de qualicumque re, tam de illius parte, quamque et da mea et de meo defuncto filio, usque modo in simul habuimus de universis rebus subtus vel super terram, quaecumque dicere vel cogitare

^a Per le note al testo si veda documento *Veneto 9*.

prevalet, ut nullis diebus nullisque temporibus nec vos, domine Petre dux, nec tuos heredes, nec contra ullum Veneticum maiorem aut minorem, nec contra eorum heredes nullo unquam in tempore de iamdictis omnibus rebus mobilibus vel immobilibus agere aut causare vel requirere aut summovere nullo unquam in tempore presumat, per nullo quovis ingenio autque aliquo argumento, ut mos est, artis, astutię humane, nec pro me ipsa, neque submissa persona hominum, non de infra regno neque de foris regno, de nulla, quae sub cęlo consistit, aut agere aut causare vel calumniare, nec ullam unquam in tempore aliam querimoniam facere, sed tacita et quieta omnibus profuturis temporibus; me omnibus vobis esse profiteor quieta a presenti die et hora de omni habere magno et parvo, quę mihi in ipsa carta morganationis continuit, quam vir meus mihi fecit, omnia et in omnibus de super totum me deliberasti; de cetero autem alio habere et de universis cunctis rebus undecumque aliquid da parte viro meo aliud da illius parte mihi habere pertinuit, tam de ipsius donum, quamque et de ipso vel foris ipso morganado, vel de universis aliis ceteris rebus omnia et in omnibus plenissime ad me recepi, et nihil remansit de nulla re, quae homo cogitare potest, quod vos vel cunctum populum Venetie da mea parte vel da parte filii mei aut da illius parte viro meo amplius requirere debeamus; sed semper ad me meosque parentes vos vestrosque heredes securi maneatis perpetuis temporibus; et antepono de meo [...] quas ego mecum da meis parentes in Venetias adduxi, cuicumque personę hominum inde invenire et clarificare potuerit ut mihi exinde vel ad meum missum plenam facias legem secundum vestram et nostram consuetudinem. Quod si ullo unquam in tempore de omnibus rebus mobilibus vel immobilibus, quaecumque iam dictus vir meus hoc acquisivit sæculo, aliquid requirere vel submovere vel querelare aut ulla querimonia de magno vel de parvo, per quaecumquevis ingenium facere presumpsero, sive per me aut per aliquam submissam personam hominum, tunc componere promitto cum meis heredibus vobis iam dicto domino Petro duci et vestris heredibus seu et ad omnem populum Venetię, vel ad eorum heredes, auro obrizo libras centum, medietatiem camerę domini imperatoris, et medietatem vobis. Actum Rivoalto. Signum manus suprascriptae Hualdrade, honestę femine, quae hanc paginam securitatis fieri rogavit, ad omnia suprascripta ei relectum est. Gottifreddus, cancellarius et missus imperatricis augustę subscripsi. Signum Ildini quondam Stefani et Gayrardi, filii quondam Farimundi, vassi Gottifreddi cancellarii vivente lege salica testes. Signum manus Hieremię filii quondam Azzonis et Dezo filii quondam Teutionis vassi domini Ugonis marchionis. Tubertus filius quondam Gariardi, testis. Signum manus Mauri filii quondam item Mauri, et Dominici qui Carimano vocatur, et Magni filii quondam Bonnatti de Rivoalto testes. Ego Stefanus testis subscripsi. Ego Gausus iudex manu mea subscripsi. Ego Valerius⁵ notarius atque iudex domini imperatoris rogatus qui hanc paginam securitatis scripsi et complevi.

NOTE STORICHE

¹ Waldrada fu la seconda moglie di Pietro IV Candiano. Ella era figlia del marchese Uberto di Toscana e nipote dell'imperatrice Adelaide, madre di Ottone II. Su di lei si veda HLAWITSCHKA 1960, p. 203. Su Pietro IV si veda documento Venezia 18 e nota 4. La presente quietanza sarà perfezionata in un placito tenuto a Piacenza il mese successivo. Si veda documento Veneto 9. La restituzione dei beni che la presente quietanza attesta è ricordata nel documento 983 giugno 15 Venezia 27.

² Su Pietro I Orseolo (976-978) si veda BERTO 2014, pp. 342-347. Egli probabilmente sottoscrive gli atti 960 giugno (Venezia 18) e 971 luglio (Venezia 19). È inoltre il destinatario dell'atto 977 ottobre 12 (Venezia 21).

³ Il morganatico o dono del mattino di tradizione longobarda è una donazione effettuata dal marito alla moglie in occasione delle nozze e corrisponde alla quarta parte del patrimonio dell'uomo. Questo istituto, di tradizione longobarda, è da mettere in relazione all'origine e alla professione di legge di Waldrada. Si noti che il documento non a caso è redatto da un notaio forestiero (si veda più oltre nota 5).

⁴ Questo elenco, che indica i vari tipi di contratto commerciale, è una formula in genere riprodotta nei rogiti che trattano la divisione di un patrimonio. Sui contratti commerciali veneziani fra XI e XIII secolo si veda il classico PADOVAN 1941, pp. 8-15 e più di recente il volume MIGLIARDI O'RIOEDAN-SCHIAVON 1988 che raccoglie alcuni esempi dei principali tipi di contratto commerciale. Si noti che fra le tipologie contrattuali menzionate, la sola specificatamente riferibile alla attività mercantile è la colleganza. Infatti la rogadia è l'affidamento, dietro pagamento di una tariffa, di beni e merci che devono essere trasportate e la commendacio è invece il deposito, infruttifero o meno, di beni o merci in un luogo sicuro (MOROZZO DELLA ROCCA-LOMBARDO 1940, pp. ix-xxx e MARGETIĆ 1992, pp. 686-690). Il prestito o il negozio hanno infine un significato generico potendo sia riferirsi alla attività mercantile sia a quella creditizia e finanziaria. Sulla attività creditizia dei Veneziani e sul recupero del credito si veda documento Venezia 11 e nota 5.

⁵ Valerio non è notaio veneziano. Sulla presenza di notai forestieri a Venezia si veda la nota 17 del documento Venezia 4.